



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

1. Quid accusatio? quae differentia eius ab inquisitione & quomodo procedat ex gravi crimine prodeunte in actum externum? an sine accusatore quandoq[ue] ad poenam procedatur?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

vocatus est, ut illum quasi desipientem à re familiari removerent Iudices. Ipse verò ne vel ob ætatem, vel aliundè demens videretur; coram Iudicib⁹ eâ Tragœdiâ recitatâ quam in manibus gerebat, & proximè scripserat, persuasit. Et ita sententiis Iudicum liberatus. *Cicero libr: de Senectute.*  
 Quæritur, an jure potuerint accusationem deponere filii cōtra Patrem?  
*Resol. pete ex num. 13.*

## I.

**A**ccusatio secundum *Host: h. tit. in sum:* est criminis alicuius apud Judicem competentem, vindictæ publicæ causa inscriptione interveniente legitimè facta delatio. Colligitur hæc descriptio ex *L. fin. C. de accus:* & communiter receptam esse tradit *Clarus q. 12. num. 1.* Differt ab inquisitione, quod hæc fiat ex officio Judicis, nullo accusationem, denunciationem vel querelam criminis deponente: illa verò ad instantiam accusatoris, aut alterius querelam deponentis, aut ipsius partis,  
 S 3 quod

quod sua interest postulantis: est enim talis naturæ accusatio, quod non procedat nisi ex publico crimine vel privato, & quando agitur criminaliter: in quo casu quidem necessarius est libellus per *L. libellor. ff. de accus.* sed formatur aliter quando civiliter agitur, ut infra mox videbimus. Dixi ex publico crimine, intellige gravi crimine prorumpente in actum externum, nam cogitationis pœnam nemo patitur, nec inde potest accusari, quia secreta cordium soli Deo patent. *L. cogitationes ff. de pen.* Unde si in jure inveneris quempiã de cogitatione puniri, intellige quando cogitatio externo opere consummatur, sicut intelligitur *L. si quis non dicam C. de Epis. & Cler.* Item requirit accusatio accusatorem, sive crimen publicum sit sive privatum *L. ult. C. de accus. & L. ult. C. de privat. delict.* nam ibi dicitur, quod nullus sine accusatore damnatur, & Deus noluit etiam mulierem in adulterio deprehensam sine accusatore damnare: quamvis in casibus quibusdam secũdum aliquos sine accusatione procedatur ad pœnam, ut in crimine suspecti tutoris *L. Nullum. ff. de testib. & L. 3. ff. de*

*de suspect: tutorum.* item in crimine notorio  
*L. ea qua C. de accus: L. Apostatarum. C. de A-*  
*postat:* Item quoties crimen in modum ex-  
 ceptionis opponitur *cap. super de his accus:*

2. Verùm sicut in civilibus ita in cri-  
 minalibus causis exigitur libellus sive de  
 crimine civiliter agatur, sive criminali-  
 ter. *L. libellorum. ff. de accusat:* præterquàm  
 in levibus criminibus, quæ de plano di-  
 scutienda *L. levia ff. de accus:* Debet autem  
 de jure communi libellus accusatoris  
 continere 1. nomen accusatoris, & ac-  
 cusati, ut constet quis sit accusator, &  
 quis accusetur ( quanquam si nomen ac-  
 cusati ignoretur, possit describi ex habi-  
 tu, officio aut aliis circumstantiis ) 2. no-  
 men Judicis coram quo crimen deponi-  
 tur, ut constet, an is sit competens. 3. spe-  
 ciem criminis in individuo locum, men-  
 sem, annum commissi criminis, aliàs ac-  
 cusatio redderetur incerta, & proindè  
 ipso jure nulla etiam parte non opponen-  
 te. *Clarus hic. qu. 12. num: 9.* eripereturque  
 reo facultas se defendendi. 4. personas in  
 quas aut quibuscum patratum dicitur.  
 An horam & diem? Non, nisi id reus pe-  
 tat, ut